s. d. Reverende domine Praeceptor & Pater
in Christo colende. In deliberatione Noriber:
gensi utrumque mihi accidit de quo versus
dicunt. ἔλπις ὀ ςαθερὴ σαίνῃ φρένας
ὥσπερ ὄνειροι. Εἰ φῆς μοι πολλὰ
δόμεν καὶ ἐσ ὕςερον οὐχ ἅλα δοίης.
Nequaquam enim dimissionem impetro,
etiamsi eam nimis importune & in vere
cunde multoties petivi, & querelis meis
περὶ τῆς Ἀκαδημίας καὶ Οἰκονομίας ἐμοῦ
nihil aliud opponitur quam aureus ille
Mons, Designatio Antistitis Caminensis
sub quo, ultima Cumaei veniet iam
Carminis aetas. De Noriberga
igitur moestus illud cogito, Est virtus
placitis abstinuisse bonis. & quod faelix
& faustum sit iubente Principe in
Patria maneo, spemque metumque inter dubius.
et Magistratui Noribergensi operam me:
am hoc tempore nego. Etsi autem
responsio mea non minus mihi est acerba
quam ipsis ingratam fore puto, cum res
toties prorogata tanto cum sumptu,
tantaque cum benevolentia & studio sit
acta. Tamen non aliam video Conso:

C 107 f.
19.